

... in his, etiam et auctentis interdissimis viis invenit utrumque aliud, etiam in aliis quibus
sunt iuniorum, de omnibusq; annis suis omni opere omni sua ostendit, et
hunc scriptor tam antiquorum oib; q; sive p; q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q;
omnino non oblongat neq; abscondit, sed q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q;
idem nescit nisiq; de anno, auctoritate, auctore, esse omninoq; sive q; sive q;
sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q;
sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q;
sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q; sive q;

Quomodo Appianus in historia belli contra Antiochum Magnum gesti auctoritate Polybii usus sit.

De Appiano Alexandrino ejusque libris ab antiquissimis jam temporibus, maxime
que inde a Schweighauserio, cui primo is scriptor accuratiore studio dignus visus est,
usque ad hanc aetatem ab hominibus doctis probatisque, ut paene de nullo alio auctore,
varie judicatum est et diverse. Cum enim alii Appiano magnam laudem tribuendam
atque summam fidem esse habendam existiment, quippe qui optimos auctores in historiis
suis conscribendis ubique secutus sit, et quaecunque ille sive inscritia rerum gestarum
sive nimia quadam tractationis negligentia erraverit aut excusare conentur aut saepen-
mero etiam errorem ejus manifestissimum omnino recusare et in ipso errore verum re-
perire studeant, alii graviter eum insequuntur et tardum increpantes dicunt ingenium,
cum ei et ignorantiam vel etiam stultitiam et summam certe levitatem in tractando atque
in componendo obscuritatem opprobrio vertant. Atque haec opinio apud illos, qui no-
vissimis his temporibus in Appiani libris perscrutandis majorem consumpserunt operam
et laborem, magis magisque praevalere et confirmari videtur, cum eandem sententiam ni-
mis jam inveteratam secuti etiam ii, qui res populorum gestas proprie investigare se
profitentur, nullius aut certe parvi momenti Appianum esse ducant et ad ipsorum rem
parum utilitatis afferre opinentur.

Haud sane merito. Nam sicuti plerumque fit, hic quoque verum in medio situm
esse videtur, proprius tamen mihi quidem laudantibus illis quam his vituperantibus. Etenim
Appianus, sicuti omnis fere auctor, et virtus habet, magna fortasse per se ipsa considerata,
parva pleraque ad graves aliorum antiquorum errores relata, propter quae tamen cui
libuerit vituperare eum licet, et magnas permultasque virtutes, quibus multos scriptores
anteire eum confitemur.

Levissime enim et nimia quadam securitate Appianus praesertim in prooemiiis
singulorum librorum scripsit et eas res attigit, quae ipsi levioris momenti visae sunt.
De plerisque autem ac maxime de iis, quae ipsius studium incitant eumque delectatione
quadam afficiunt, Appianum diligentissime et studiosissime disputasse denegari non potest.
Sic magna cura et amore totum fere bellum pertractavit punicum tertium, neque in hac
librorum ejus parte negligentiae eum vitiosae coarguere potueris aut inepte errantem

deprehenderis. Quin etiam majore interdum copia verborum effusius se jactat quam res ipsa postulare videtur.

Jam vero haec non sine aliquo jure dicta sunt, quae saepissime ab Appiani illis adversariis commemorata audiuntur, quaecunque suo quasi ingenio excogitata aut ipsius industria elaborata Appianus proferat, adeo inepta esse et paene ridicula, ut ingenio eum omnino caruisse aperte indicent. Ejusmodi esse nonnullas meditationes, quas ab ipsius quem sibi elegerit auctoris sententiis quam diversissimas Appianus ad causas rerum gestarum aut naturae habitusque magni cujusdam viri sibimet ipsi et legentibus probabiliores magisque perspicuas reddendas in medium protulerit; ejusmodi etiam orationes quasdam longas et paene infinitas, quae contra atque rei consentaneum est ab Appiano operi suo insertae sint.

Ac profecto ea, quae ex suo sumpta ingenio Appianus adjicere ausus est, fere tam absurde sunt dicta, ut paulo attentius legentem vix praeterire posse videantur nec deducta esse ex gravioris cujusdam ut Polybii auctoris libris primo jam adspectu plane appareat. Quam ad sententiam confirmandam satis superque est animum ad ea vertere, quae inter L. Marcium et M'. Manilium, consules Romanos et legatos Carthaginiensium in Africa acta esse Appianus in cc. LXXIX—XC historiae Libycae narrat. Hic enim, loco et pro tempore et pro re ipsa sane inopportunissimo, alterum consulem longas habentem orationes facit atque orationes, quae ineptissimis sententiis refertae sunt et in anum verborum quasi tumore redundant. Nam quid — ut uno ex multis utar exemplo — humilius aut magis perperam excogitari possit, quam ut Carthaginienses calamitate patriae imminentि gravissime afflictos et acerbissime percuslos consul Romanus serio, non per simulationem quae videri possit, consolari studeat ad exempla eos vocans Atheniensium aliarumque ad mare sitarum urbium, quae ex magna, qua olim utebantur, opulentia elatae superbia praecipites abierint, atque spem Carthaginiensibus facere conatus nova eos urbe procul a mari condita brevi tempore magis quam antea unquam res florentes habituros. Quasi non id ipsum Romani egissent, ut Carthaginiensium potestatem jam diu sibi invidiosam in perpetuum frangerent aut Poenorum animos illud Romanorum consilium effugere omnino potuisset.

Deinde vero hoc quoque in Appiano reprehenditur, quod temporum quibus quaeque facta sint ordinem interdum perturbaverit atque promiscue res et sine judicio intellectuque confuderit. Hoc illius vitium, quod ipse in initio operis sui libere profitetur¹⁾ et legentibus praedicit, ex studio ejus secutum est multa ab auctoribus suis dicta, quae ad eam quam ipse sibi proposuit rem nihil pertinere opinabatur, multa breviora reddendi aut omnino omittendi. Quare nonnunquam ei accidit, ut quae ipse primo tamquam parva et exigua reticuit, eadem, cum fontes legendō persecutus opinione majorem habere vim intellexisset, postea narranda et alieno loco supponenda essent.

Atque etiam in fluminum cursu et locorum terrarumque situ et aliis ejusmodi rebus Appianum quamquam leviter et perraro lapsum esse confitemur.

Quod denique ad numeros pertinet, quos alios atque Livius reddidit Appianus et ad personarum nomina, quae hic perverterit, difficillimum est in utraque re dicere, utrum Appianus ipse erraverit an lectio depravata sit, quod codicibus accuratissime denum inquisitis atque etiam emendatis dijudicari potuerit. Nonne mirabile est, si Appianus

¹⁾ Proem. c. XIII.

alias et in minore re eundem quem Polybius numerum profert²⁾, alias autem, rarissime quidem sed sine justa causa, non ab ipso Polybio sed a Livio, quem eundem auctorem esse secutum satis constat, abhorruerit?

In nominibus vero propriis id animadvertisendum est, quod Appianus falsa sane, sed veris saepenumero similia et prope consonantia profert, ut *Πανσίμαχος* pro *Πανσίμαχος*, *Εὐδωρος* pro *Εὐδημος*, *Ἐρένιος* pro „Rammius“ aliaque, ut mendarum suspicioni vix repugnare possimus. Prorsus autem alia atque Polybius haec sola, quoad equidem scio, Appianus nomina tradidit: in c. II Syriac. *Γναῖος* dicit pro *Λεύκιος*, qua de re infra accuratius disputabo. Et in c. LXXX Libyc. idem L. Marcium Censorinum cum Carthaginiensibus egisse narrat, cum Diodorus et Polybius majorem natu consulem dicentem faciant, quem M'. Manilius fuisse ex Diodoro cognoscimus³⁾. At Appianum non errore ullo captum fuisse sed sua sponte et de industria hoc loco a Diodoro, id est a Polybio ipso, discrepare dixerim. Nam pro more suo ita Appianus conjectisse videtur: majorem illum natu consulem, cum brevius quam tanta res postularet apud Polybium loqueretur, nullam habuisse dicendi facultatem, ideoque verbosas illas orationes, quas hoc loco supposuit, alteri consuli attribuere ei libuit, parum interesse opinatus, utrum Manilius an Censorinus Carthaginiensibus senatus consultum pronuntiaret⁴⁾. In errore deinde Appianus versatur, cum in c. XII Syriac. Micithionem fuisse ducem Antiochi dicat et Ptolemaeo, quem Antiochus aggressus est, cognomen Philopatorem imponat.

Sed haec et alia ejusmodi, quaecunque apud Appianum vitiosa reperiuntur, non ita saepe et permulta existunt, ut grave illud vel severum judicium a doctis quibusdam viris de eo factum probare possint, minimeque illud concedam, eum non maximam neque adhuc satis cognitam ad Romanorum aliarumque gentium res quas pertractaverit cognoscendas vim habere. Primum enim multa ille profert, quae apud alios scriptores frusta requiris. Deinde vero auctorum quorundam libri, quibus Appianus usus est, decursu temporum plane interierunt. Qua in re non illud quaeritur, quantum ipse ingenii habuerit, sed quam accurate auctorum verba reddiderit. Nam quo quisque ipse minus fingendi, aut facta verisimilia preferendi ingenium habet, eo nimur magis ad auctoris sui verba applicare se coactus est. Itaque illa ipsa, quae a multis ei exprobatur mediocritas hanc quidem ad rem magno usui esse dixerim, praesertim cum, quae Appianus ultro adjecerit aut invitus peccaverit, haud difficile sit intellectu, ut attentius legenti ne vana credat cavendi potestas data sit.

Huc accedit majus illud in scriptore, quod ex Appiani libris et ratione ejus narrandi manifestissime apparet virum eum fuisse moribus integrum, veritatis amantissimum, summa probitate atque etiam pietate quadam erga deos, nullo partium studio ductum, cuius ut Alexandrinus in historia imprimis Romana conscribenda causas quam maxime

²⁾ Sic ille, quod exempli gratia propono, cum Polybius congruens quot cujusque generis armorum Carthaginienses ditione facta Romanis tradiderint, commemorat in c. LXXX Libyc.: παρελάμβανον εἶχοσι μυριάδας πανοπλιῶν, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς τε καὶ λιθοβόλους ἐς δισκιλίους. Polybius in c. IV l. XXXVI: πλειονα εἶχοσι μυριάδων ὅπλα παρέδωκαν Φωμαίοις καὶ καταπέλτας δισκιλίους.

³⁾ In c. VI l. XXXII: ὁ δὲ πρεσβύτερος τῶν ὑπάτων Μανίλιος εἶπεν. — Apud Polybium locus ille lacunosis est propterea que nomen omissum.

⁴⁾ Mommsenius Appianum secutus Censorinum cum legatis Carthaginiensium egisse dicit (Röm. Gesch. p. II pag. XXVI).

procul habuit. Quia in re etiam Livio praestat, qui ex favore populari res a Romanis male gestas occultare interdum aut contra fidem excusare studet.

In universum autem illud nobis statuendum est, Appianum tanti aestimasse Polybium — nam de hoc in hac quaestione praeccipue agitur nec quomodo in reliquis historiarum suarum partibus Appianus auctorum fontes secutus sit, perscrutatus sum diligenter et dijudicare extra fines hujus operis jacere mihi videtur — et tam certum fidumque duxisse auctorem, ut non solum scientiam ab illo sibi paraverit summarum gravissimumque rerum et sensus ejus verborum reddat, sed quamquam ipsum se apte et eleganter scribendi haudquaquam imperitum praebet, saepenumero eadem qua ille usus sit structura. Quare qui nisi causis idoneis et accuratissimo studio probatis Appiano repugnare vult, videat ne Polybio ipsi, gravissimo rerum auctori, obsistat.

Quae omnia quo facilius intellegantur, Appiani historiam belli contra Antiochum Magnum gesti cum Polybii quae eodem de bello perpaucata et dispersa adhuc restant fragmentis comparare mihi proposui. Quam ad comparisonem Diodorum quoque et Livium afferre non alienum esse mihi videtur, cum, ubique illi inter se consentiunt, eodem eos Polybio auctore usos esse appareat.

Ea igitur, quae ab Antiocho, priusquam cum Romanis ipsis congressus est, extra Europae fines gesta sunt, Appianus leviter sane attingit, cum reliquarum gentium res nisi cum populi Romani cohaerentes et in iis quasi inclusas conscribere in proposito non habeat. Quare paucis verbis Antiochum cum Medis bellum gessisse et cum Parthis aliisque Asiae populis atque Coelesyriam Ptolemaeo, Aegypti regi, eripuisse narrat.

Sequuntur apud Appianum, quae in Polybii libris non jam reperiuntur, Antiochum etiam Graecis Asiae minoris oras maritimas incolentibus bellum intulisse ea causa interposita, quod antiquitus jam Asiae regibus subjecti fuissent. Nam haec Appianus dicit in c. I. *Ἐλλησποντίους ἐπίγειοι καὶ Αἰολέας καὶ Ἰωνας ὡς οἱ προσήκοντας ἀρχοντι τῆς Ἀσίας, ὅτι καὶ πάλαι τῶν τῆς Ἀσίας βασιλέων ὑπήκοοι.* Quam causam eandem belli ab Antiocho contra illos populos suscepti Livius quoque proponit in c. XXXVIII l. XXXIII haec dicens: „eodem anno Antiochus rex — omnes Asiae civitates in antiquam imperii formulam redigere est coronatus“. Antiqua autem imperii formula ea erat ipsa, quod olim illi populi Asiae regnabatibus paruerant.

Quarum gentium, cum reliquae voluntati regis obtemerantes se traducerent et „jugum acciperent“, Smyrnæi in primis Antiocho et Lampsaceni restiterunt et legatos, qui auxilium peterent, ad Flamininum, imperatorem Romanum, miserunt, qui eo ipso tempore Macedonum rege Philippo devicto Graecorum res perturbatas componere studebat. Atque ea de re Appianus in c. II haec tradidit: *Σμυρναῖοι δὲ καὶ Λαμψακῆνοι καὶ Ἐπέροι ἔη ἀντέχοντες ἐπεσθένοντο ἐς Φλαμινῖον τὸν Ρωμαίων στρατηγόν* et Livius in c. XXXVIII: „Smyrna et Lampsacus libertatem usurparant.“ Quae inter se consentientia Appiani Liviique verba quin ad eundem spectent Polybium auctorem, eo minus est dubitandum, cum Polybius et ipse in c. XXXV l. XIX Lampsacenos et Smyrnæos omnium gravissime Antiochum apud legatos Romanos, qui postea ad regem in Asiam missi erant, accusasse dicat.

Flamininus autem jam tum, cum adhuc in Graecia versabatur, per legatos quamquam frustra cum Antiocho agere coepit. Quod Appianus in c. II narrat, Livius silentio praetermittit. Atque eadem de re Polybius loquitur in c. XVIII l. XXX. Quos autem hoc loco nominatim commemorat Polybius legatos a rege ad Flamininum in Graeciam missos, eosdem cum Menippo ab Antiocho Romanos missos esse Appianus in c. VI dicit.

Ea vero, quae tum agebantur inter Flamininum et regem Antiochum nihil valuisse ad controversias componendas Polybius quidem non distinete, ut Appianus, dicit nec dicendum sibi esse putavit, cum res ipsae non multum ex illis legationibus inter Flamininum et regem missis profectum esse vel maxime doceant.

Asiae igitur multa parte in ditionem accepta Antiochus cum magnis copiis in Europam trajecit, Chersonesi urbes aggressus est, Thraciam invasit, Lysimachiam, paulo ante a Thracibus, incolis fugatis, deletam, magnis sumptibus restituit. Quas res Appianus in c. I, Livius XXXIII 38. exponit, maxime inter se consentientibus utriusque auctoris verbis, ex quibus haec sola comparanda referam: Liv.: „Lysimachiam inde omnibus simul navalibus terrestribus copiis venit. Quam cum desertam ac stratam prope omnem ruinis invenisset — ceperant autem direptamque incenderant Thraeces paucis ante annis — cupido eum restituendi nobilem urbem et loco sitam opportuno cepit.“ App.: καὶ Ανσιμάχειαν ὥκιζεν, ἦν Ανσίμαχος μὲν ὁ Θράκης ἐπὶ ἀλεξάνδρῳ βασιλέως ἔκπισεν ἐπιτείχισμα τοῦ Θρακὸν εἶναι, οἱ Θράκες δ' ἀποθανόντος τοῦ Ανσιμάχου καθηρήκεσσαν — πάντιν γὰρ αὐτῷ τὸ χωρίον ἐγένετο λαμπτῶς ἔχειν ἐπὶ ὅλῃ Θράκῃ, καὶ ταμεῖον εὑκαιρον ἔς τὰ λουτά ὃν ἐπενόει πάντων ἔσεσθαι. Liv.: „itaque omnia simul est aggressus, et tecta muros restituere, et partim redimere servientes Lysimachenses, partim fuga sparsos per Hellespontum Chersonesumque conquerire et contrahere, partim novos colonos spe commodorum proposita adscribere, et omni modo frequentare“. App.: καὶ ὁ Ἀντίοχος συνώκιζε, τοὺς τε φεύγοντας τῶν Ανσιμάχέων κατακαλῶν, καὶ εἴ τινες αὐτῶν αἰχμάλωτοι γεγονότες ἐδούλευντο φρούριονεσ, καὶ ἐτέρους προσκαταλέγων, καὶ βοῦς καὶ πρόσβατα καὶ σίδηρον ἐς γεωργίαν ἐπιδιδούς, καὶ αὐδὲν ἐλλείπων ἐς ταχεῖαν ἐπιτείχισματος ὅμιγν. — Quae utriusque verba quamquam Polybium manifestissime auctorem suum indicant, unum tamen erravisse Appianum videmus. Rerum enim gestarum ordine perturbato antea jam de illo Antiochi in Europam transitu dicit, quam Graecos Asiam incolentes a rege subjectos esse narrat. Hic igitur est unus ex illis erroribus, quorum causa Appianum viri quidam eruditii gravissime insequendum esse putaverunt. Erravisse autem Appianum haud facile esset intellectu, etiam si per Livium vera non doceremur, qui temporum quibus singulae res factae sunt, ordine diligenter servato, illa quoque suo narraverit loco. Nam per se ipsum credibile non est, Antiochum, priusquam Asiae urbes devinceret, in Europam trahisse. Quem Appiani errorem ex summa ejus quam diximus levitate vel neglegentia ortam esse concedimus, qua priores Antiochi res gestas quasi percurrit et ad illud tempus pervenire festinat, quo Romani aperte jam regis consiliis intervenerunt.

Jam vero Appianus legatos a Ptolemaeo, Philopatoris filio, Aegypti rege, Roman missos esse narrat, qui quererentur, quod Antiochus Coelesyriam et Ciliciam per vim occupatas teneret. Romanos autem haud invitatos hanc opportunissimo sibi tempore oblatam occasionem captantes legatos ad Antiochum mississe. Quod his verbis Appianus refert: καὶ οἱ Ρωμαῖοι τῆς ἀφορμῆς ἐπέβαινον ἀσμενοι, κατὰ καιρὸν σφίσι γενομένης καὶ πρέσβεις ἐς τὸν Ἀντίοχον ἔστελλον, οἱ λόγῳ μὲν ἔμελλον συναλλάξειν Πιολεμαῖον Ἀντίοχῳ, ἔφρ δὲ κατασκέψεσθαι τὴν ὄδυτὴν Ἀντίοχον καὶ κωλύσειν ὅσα δύναντο — Polybius XVIII 32: προχωρούσης τῷ Ἀντίοχῳ κατὰ τοῦ τῆς ἐπιβολῆς, παρόντι ἐν Θράκῃ τῷ Ἀντίοχῳ κατέπλευσαν εἰς Σηληνιβρίαν οἱ περὶ Λεύκιον Κορνήλιον, οὗτοι δῆσαν παρὰ τῆς συγκλήτου πρέσβεις ἐπὶ τὰς διαλύσεις ἐξαπεσταλμένοι τὰς Ἀντιόχου καὶ Πιολεμαίον — Antiochum autem eo tempore, quo illi legati ad eum mittebantur in Thracia versatum esse Appianus supra jam dixit. Atque idem nos docuit, quas res ab Antiocho prospere gestas Polybius

illo loco significaret, Thraciam a rege subactam, Chersonesum munitam, Lysimachiam restitutam. Romanis vero hoc ipso tempore ex voluntate venisse illos legatos a Ptolemaeo iterum missos, cum prius, bello etiamtum implicati Macedonio atque timentes, ne Antiochus cum Philippo foedus iniret et ipsi regum conjunctis viribus pares non essent, aperte et fortiter pro Ptolemaeo intercedere non auderent, idem Polybius loco sane amissis haud dubie narravit. Quod ex his Livii verbis, quae XXXIII 34. legimus, appetat: „iis (legatis regis Antiochi) — nihil jam perplexe ut ante, cum dubiae res incolumi Philippo erant, sed aperte denuntiatum, ut excederet Asiae urbibus“.

At videamus, quas singulas res legati Romani ab Antiocho postulaverint et quae rex iis responderit — Polybius in c. 33: ὁ γὰρ Αἰγύπτιος ὁ Κορνύλιος ἡξίον μὲν καὶ τὸν ὑπὸ Πτολεμαίου ταυτομένων πόλεων, ὅσας τὸν εἴληφε κατὰ τὴν Ἀσίαν, παραχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον. Appianus in c. 3: τούτων δὲ τῶν πρόσθετων Γραιος ἥγονοντος ἡξίον τὸν Ἀντίοχον, Πτολεμαῖον μὲν ὄπι τῷ Ρωμαίων φίλῳ, συγχωρεῖν ἀρχεῖν ὅσων ὁ πατήρ αὐτῷ κατέλιπτε⁵⁾. — Alteram vero condicionem, quam legati Antiocho proponebant, his verbis exponit Polybius: τὸν (πόλεων) ὑπὸ Φίλιππον διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι γελοῖον γὰρ εἶναι τὰ Ρωμαίων ἀδλα τοῦ γεγονότος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον Ἀντίοχον ἐπελθόντια παραλαμβάνειν. — Quibuscum maxime congruunt haec Appiani: τὰς δὲ ἐν Ἀσίᾳ πόλεις, ὃν Φίλιππος ὁ Μακεδών ἤζηεν, αὐτονόμους ἔστιν οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον Ἀντίοχον κρατεῖν ὃν Φίλιππον ἀφείλοιτο Ρωμαίοι⁶⁾. — Quia in re non negligendum est hōc Polybii genus scribendi „γελοῖον γὰρ εἶναι“, cui respondet Appiani „οὐ γὰρ εἶναι δίκαιον“. — Tum vero ita dicere pergentes facit Romanorus legatos Polybius: καθόλον δὲ ἔφη θαυμάζειν τὸν λόγον τοσανταῖς μὲν πεζικαῖς τοσανταῖς δυνάμεσι πεποίηται τὴν εἰς τὴν Εὐρώπην διάβασιν πλὴν γὰρ τοῦ προτίθεσθαι Ρωμαίοις ἐγχειρεῖν αὐτὸν, οὐδὲ ἔνοιαν ἔτεραν καταλείπεσθαι παρὰ τοῖς ὁρθῶς λογιζομένοις. Quae eadem Appianus ita exposuit: ὅλως δὲ ἀπορεῖν ἔφη τὶ τοσοῦτον στόλον ὁ Ἀντίοχος καὶ τοσαντην στρατιὰν ἀγωναθεῖν ἐκ Μήδων ἔλθοι τῆς Ἀσίας ἐπὶ Θάλασσαν, ἐς δὲ τὴν Εὐρώπην ἐσβάλοι, καὶ πόλις ἐν αὐτῇ κατασκενάσοιτο, καὶ Θράκην ὑπάγοιτο, εἰ μὴ ταῦτα ἔστην πολέμου θεμέλια⁷⁾. — Nonne haec ipsa, qua Appianus utitur, orationis figura „ὅλως δέ“ dilucide indicat ejus ante oculos Polybii illud „καθόλον δέ“ versatum esse? Polybii vero „θαυμάζειν“ respondet Appiani „ἀπορεῖν“, et quod Polybius verbo significat „τοσανταῖς πεζικαῖς δυνάμεσι“, idem Appianus „τοσαντην στρατιὰν“ dicit, atque hujus „τοσοῦτον στόλον“ pro illius „τανακικαῖς δυνάμεσι“ positum est. Atque etiam eodem ordine, quem apud Polybium servatum videmus Appianus singulas

⁵⁾ Livius in c. XXXIX 1. XXXIII: „restitui et Ptolemaeo omnes civitates, quae dicionis ejus fuissent aequum censebant“. Diodorus in c. III 1. XXVIII: εἰσαγθέντες δὲ εἰς τὸ συνέδρον παρεκάλονταν Ἀντίοχον ἐκχωρῆσαι τῶν ὑπὸ Πτολεμαίου γεγενημένων πόλεων.

⁶⁾ Livius: „nam quod ad eas res attineret, quas a Philippo possessa Antiochus per occasionem, averso Philippo in Romanum bellum intercepisset, id vero ferendum non esse, Romanos per tot annos terra marique tanta pericula ac labores exhaustis, Antiochum belli praemia habere“. — Videmus igitur auctorem Romanum Romanorum pericula et injurias gravius urgere quam Polybium Appianumque. A Diodoro autem alteram eam legatorum postulationem commemorata non jam reperimus. Quare ejus librorum hunc locum esse lacunosum jure suspicari debemus.

⁷⁾ Livius: „quid? quod jam etiam in Europam omnibus navalibus terrestribusque copiis transierit, quantum a bello aperte Romanis indicto abesse?“ Diodorus: καὶ καθόλον θαυμάζειν ἔφασαν τὶ βουλόμενος πεζικάς τε καὶ τανακικάς συνάγεις, καὶ τὶ διανοούμενος διαβέβηκεν εἰς τὴν Εὐρώπην, εἰ μὴ Ρωμαίοις ἐπιβάλεται πολεμεῖν.

res, quas a rege postulavissent legati Romanorum posuit. Hic vero unum illud adjecit, quod apud Polybium nec apud Livium legimus, legatos etiam ea de re questos esse, quod Antiochus Thraciam sibi subjecisset et urbes ibi condidisset. Cum autem Polybius quoque Antiochum, cur arripiisset Thraciam et Lysimachiam de integro condidisset, apud legatos defendisse paulo infra dicat, satis appareat illud quoque a legatis regi esse exprobatum. Tales autem loci, apud Appianum haud rari, qualem modo proposui, clarissime demonstrant, Appianum nihil fere ex sua descriptis memoria aut recordatione, diligenter auctoris sui libris ante perfectis quam scribere ipse coeperit, sed in scribendo eos perpetuo evolutos in manibus tenuisse atque paene ad verba excerptisse, iis tantum omissis, quae levioris momenti putaverit. Quare saepissime accidisse Appiano videmus, ut ne singulorum quidem verborum quasi dominatione se liberare potuerit, totam autem Polybii verborum compositionem in Appiani eandem habuisse maximam vim.

Nunc vero consideremus, quae Antiochus legatis responderit et qua ratione ab eorum uituperatione se defenderit. Qua de re apud eum haec legimus: ὁ δὲ βασιλεὺς πρῶτον μὲν διαπορεῖν ἔφη κατὰ τὴν λόγον ἀμφισβητοῦσι πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας πόλεων πᾶν γὰρ μᾶλλον ἐπιβάλλειν τούτο ποιεῖν η̄ Ρωμαῖοις δεύτερον δὲ η̄ξενον μηδὲν αὐτοὺς πολυτραγουδεῖν καθόλον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐδὲ γὰρ αὐτὸς περιεργάζεται τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀπλῶς οὐδέν. Appianus: ἀπορῶ δὲ καγὼ (ἔφη ὁ Ἀντίοχος) τίνι Ρωμαῖοι δικαίῳ τὴν Ἀσίαν πολυτραγουδοῦσιν, ἐμοῦ τὴν Ἰταλίαν οὐ πολυτραγουδοῦντος⁸⁾. Quae Appianus Polybii verborum serie mutata ultima a rege dicta refert. Atque idem initio quidem oratione utitur indirecta, ut Polybius Diodorusque, postremo vero ad orationem transit directam.

De Thraciae autem et Chersonesi occupatione apud legatos Antiochum ita se defendisse Polybius narrat: εἰς δὲ τὴν Εὐρώπην, ἔφη διαβεβήκειν, μετὰ τῶν δυνάμεων ἀνακτησόμενος τὰ κατὰ τὴν Χερσόνησον καὶ τὰς ἐπὶ Θράκης πόλεις τὴν γὰρ τῶν τόπων τούτων ἀρχὴν μάλιστα πάντων αὐτῷ καθήκειν. εἶναι μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τὴν δυναστελλα ταύτην Αντιμάχον, Σελεύκον δὲ πολεμήσαντος πρὸς αὐτὸν καὶ κρατήσαντος τῷ πολέμῳ πᾶσαν τὴν Αντιμάχον βασιλείαν δορίκρητον γενέσθαι Σελεύκον κατὰ δὲ τοὺς τῶν αὐτοῦ προγόνων περιστασμοὺς ἐν τοῖς ἔξης χρόνοις πρῶτον μὲν Πτολεμαῖον παρασπασάμενον σφετερίσασθαι τοὺς τόπους τούτους, δεύτερον δὲ Φίλιππον. αὐτὸς δὲ τὸν οὐ κτίσθαι τοῖς Φίλιππον καιροῖς συνεπιπθέμενος, ἀλλ᾽ ἀνακτᾶσθαι τοῖς ἴδιοις καιροῖς συγχρωμένος. Quod Appianus multo paucioribus verbis sic reddidit: Θράκην μὲν τῶν προγόνων αὐτοῦ γενομένην τε καὶ διάσχολίας ἐκπεσοῦσαν, αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς ὃν ἀναλαμβάνειν⁹⁾.

Quamquam igitur Polybius multo Appiano diligentius exponentem facit regem suo

⁸⁾ Livius: „adversus ea Antiochus mirari se dixit Romanos tam diligenter requirere, quid regi Antiocho faciendum, at quoisque terra marique progrediendum fuerit ipsis, non cogitare. Asiam nihil ad populum Romanum pertinere, nec magis illis inquirendum esse, quid Antiochus in Asia, quam Antiochus, quid in Italia populus Romanus faciat.“

Diodorus: ὁ δὲ Ἀντίοχος τοῖς εἰρημένοις ἀντιλέγων, ἔφη θαυμάζειν, πῶς Ρωμαῖοι τῆς Ἀσίας ἀντιποιοῦνται, τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐτὸν μὴ πολυτραγουδοῦντος.

⁹⁾ Livius: „ne ex Philippi quidem adversa fortuna spolia ulla se petisse, aut adversus Romanos in Europam trajecisse: sed qua Lysimachi quondam regnum fuerit, quo victo omnia quae illius fuissent jure belli Seleuci facta sint, existimare suae dicionis esse, occupatis majoribus suis rerum aliarum cura primo quaedam ex iis Ptolemaeum, inde et Philippum usurpanda alienae possessionis causa tenuisse.“ Quae vero Diodorus eadem de re scripsit amissa sunt.

se jure Thraciam et Chersonesum occupasse, tamen utriusque certe verborum sententiam eandem habere vim intellegimus. Atque hoc quoque in loco singula Appiani verba Polybii quibusdam accuratissime respondent. Nam Appiani illud „δι' ἀσχολίας“ idem significat, quod Polybii „κατὰ περισπασμούς“ et hujus „τοῦς ιδίους καιροῖς συγχρόμενος,“ quod illius „αὐτὸς ἐπὶ σχολῆς ὄντας.“

Lysimachiae deinde restitutae hanc rationem ab Antiocho legatis redditam esse Polybius narrat: Λυσιμάχεις δὲ, παραλόγως ἀναστάτως γεγονότις ὑπὸ Θρᾳκῶν, οὐκ ἀδικεῖν Ρωμαίους κατάγων καὶ σύνοικίζων ποιεῖν γὰρ τοῦτο ἔγη βουλόμενος οὐ Ρωμαίους τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, Σελεύκον δὲ οἰκητήριον ἔτοιμαζεν. Appianus haec multo brevius: Λυσιμάχειαν ἐγέρειν οἰκητήριον Σελεύκῳ τῷ παιδὶ εἶναι¹⁰).

Quod autem Antiocho imperaverunt legati, ut urbibus Graecis in Asia sitis libertatem erexit redderet, haec Antiochus teste Polybio respondit: τὰς δὲ αὐτονόμους τῶν καὶ τὴν Ἀσίαν πόλεων οὐ διὰ τῆς Ῥωμαίων ἐπιταγῆς δέον εἶναι ιγχάνειν τῆς ἑλευθερίας, ἀλλὰ διὰ τῆς αὐτοῦ χάριτος. Quod iisdem paene verbis Appianus profert: τὰς δὲ ἐν Ἀσίᾳ πόλεις αὐτονόμους ἔσασιν, εἰ τὴν χάριν οὐ Ῥωμαῖοις ἀλλά ἐαντὸν μελλούσην ἔσειν.

Gravissimam denique Romanorum querelam, qua causa interposita illos legatos missos esse Appianus et Polybius dicunt, Antiochum omnino ita diluisse Polybius narrat: τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον αὐτὸς ἔφη διεσάξειν εὐδοκούνμένως ἐκείνῳ χρίνειν γὰρ οὐ φιλιαὶ μόνον ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς φιλίας ἀναγκαιότητα συντίθεσθαι πρὸς αὐτὸν. Appianus: Πτολεμαίφ δὲ ἔφη, καὶ συγγενής εἰμι καὶ ὅσον οὖπο καὶ κηδεστής ἔσομαι, καὶ χάριν ὑμῖν αὐτὸν δύμολογεῖν παρασκευάσω^{11).}

Quo igitur minus dubitationi locus relinquitur, quin Appianus totam illam quam tradidit et legatorum Romanorum orationem et regis Syriaci responsionem verbis tantum mutatis e Polybii libris excerpserit, eo magis est mirandum, quod quem legatorum principem et oratorem Polybius atque Livius Lucium Cornelium Scipionem fuisse dicunt, eundem Appianus „Gnaeum“ appellat. Sed hac in re magis loci depravationem quam Appiani errorem suspicor. Quid enim sibi vult hoc praenomen Gnaei quod nee gentilicio nec cognomine adjecto solum Appianus tradidisse dicitur? Quomodo enim scire licet legentibus, quem virum illo praenomine Appianus intelligi voluerit? Suo sane jure solius praenominis mentionem fecisse Appianum diceremus, si jam semel cognomen aut nomen illius viri gentilicium indicasset. Quod vero apud Polybium quorundam hominum, ut T. Quintii Flaminini et Gn. Manlii praenomina sola reperimus, haud mirandum est, cum quibus locis illorum virorum primo mentionem fecit, ii ad nos omnino non pervenerunt.

Illos autem Romanorum legatos non solum nihil effecisse ad controversias tollendas sed etiam similitates, quas Antiochus cum populo Romano exercebat, vehementiores reddidisse Polybius atque Appianus una et consentienti voce affirmant, Polybius in c. 35: *καὶ τότε μὲν ἐπὶ τοιούς διέλυσαν τὸν σύλλογον, οὐδαμῶς εὐδοκήσαντες ἀλλήλους, Appianus: οὕτω μὲν ἀπ' ἀλλήλων ἀπρακτοι διεκρίθησαν, ἀποληγγύνετες ηδη τὰς ἀπειλὰς ἐξ τὸ φανερώτερον.*

¹⁰⁾ Livius: „Lysimachiam deletam Thracum impetu de integro condere, ut Seleucus filius eam sed an regni habeat.“

Diodorus: Αναμάχειαν δὲ ἀνοικίζων οὐτε 'Ρωμαῖον οὐτε ἄλλον οὐδένα — (ea quae sequebantur omissa sunt. Fortasse adjiciendum est „ἀδικεῖν“).

¹¹⁾ Livius: „quod ad Ptolemaeum attineat, cui adeptas civitates querantur, sibi cum Ptolemaeo et amicitiam esse, et id agere, ut brevi etiam adfinitas iungatur“

Paulo autem post Antiochus fama allata Ptolemaeum, regem Aegypti, mortuum esse, protinus cum classe profectus est, ut Aegyptum vacuam ingrederetur. Ubi vero in Lycia vanum fuisse illum rumorem atque Ptolemaeum adhuc vivere comperit, pro Aegypto Cyprum occupare conatus est. Sed apud Sarum, Lyciae flumen, tempestate oppressus magna et navium et virorum parte amissa Seleuciam ad naves reficiendas redire coactus est. Quod Appianus cap. 4. et Livius cap. 41. narrant. At ille jam proficiscenti in Aegyptum Antiocho Hannibalem patria profugum obviam venisse Ephesum dicit, cum Livius id rege demum ab illa expeditione reverso factum esse cap. 46. tradat. Ceterum vero ambo affirmant Hannibalem adversariorum, qui Romanis eum suspectum reddidissent, criminibus commotum ex patria profugisse et ad regem Antiochum se supplicem contulisse, a quo propter magnam rei militaris prudentiam benigne receptus sit; maximeque haec utriusque verba inter se respondent, Livii cap. 44: „ut feras quasdam nulla mitescere arte, sic immitem et implacabilem ejus viri animum esse“, et Appiani: αὐτὸν εἶναι δύσεγίν τε καὶ φιλοπόλεμον καὶ οὐπότε εἰρηνεύειν δυνάμενον.

Ubi vero Antiochus bellum cum Romanis quandocunque sibi gerendum esse intellexit, exteros quosdam reges, quo socios sibi pararet, affinitate secum conjungere studuit. Quare unam ex filiis Cleopatram Ptolemaeo, Aegypti regi, in matrimonium dedit eique Coelesyriam, Ptolemaeo ipsi eruptam, in dotem contulit; alteram, Antiochida nomine, Ariarathi, Cappadocum regi, nuptum collocavit, tertiam matrimonio conjungere voluit cum Eumene, Pergamenorum rege, qui eam, ne Romanorum animos a se abalienaret, repudiavit. Quod Appianus cap. 5. tradit. Atque Polybius quoque Cleopatram Ptolemaei uxorem fuisse eique a patre Coelesyriam dotem esse promissam legatos Aegyptios controversia de illa terra contra Antiochum orta, Magni hujus filium, defendisse narrat XXVIII 17. Utrum autem recte an falso illud a legatis Aegyptiis dictum sit, Polybius silentio praeterit. Et Antiochida ab Ariarathie in matrimonium ductam Diodorus XXXI 29. commemorat: οὗτος δὲ (Ἄριαράθης) ἔγημε θυγατέρα τοῦ μεγάλον κληθέντος Ἀντιόχου, ὀνομαζομένην Ἀντιοχίδα. Tertiam vero Antiochi filiam a se repudiatam esse apud Polybium XXII 3. ipse Eumenes oratione Romae apud senatum habita commemorat. At quas causas Eumenem, quominus cum Antiocho affinitatem illam iniret, prohibuisse Appianus dicit, easdem fere eundem ad societatem Romanorum commovisse Livius disputat XXXV 13.

Deinde cap. 6. Antiochum nova expeditione facta magnam Thraciae partem subjecisse, Graecos Thraciae in primisque Byzantios gratia conciliare sibi conatum esse, Galatasque societate secum conjunxisse Appianus narrat. Quibus de rebus aliorum praeter Appiani testimonia nobis desunt. Galatas autem homines fuisse corporum magnitudine eximia Livius quoque commemorat XXXVIII 17.

Sed etiam tum Antiochus bello Romanos aperte lacecere dubitavit et legatos, quibus Menippum et Hegesianactem et, quem unus Appianus tertio loco nominatim commemorat, Lysiam Romanam mittit. Qua de legatione Appianus cap. 6., Diodorus cap. 16., Livius cap. 57. agit. Haec autem Menippum dixisse Diodorus narrat: Θαυμάζειν τὸν βασιλέα διὰ τίνα ποτε αἰτίαν προστάτουσιν αὐτῷ Ῥωμαῖοι τινὰ μὲν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μὴ πολυπραγμονεῖν, τινὸν δὲ τῶν πόλεων ἀριστασθαι καὶ παρ' ἐνίσιν τοὺς ὄφειλομένους φόρους μὴ λαμβάνειν· ταῦτα γὰρ οὐ τοῖς ἐξ Ἰσοῦ τὴν φιλίαν ποιουμένοις ἔθος εἶναι ποιεῖν, ἀλλὰ τοῖς πολέμῳ νεκτηχόσιν. Ἀντιόχῳ δὲ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον μὲν μηδέποτε γεγονέναι φιλίαν δ' ἂν συνθέσθαι βούλονται πρὸς αὐτὸν, ἔτοιμον εἶναι. Appianus hanc Menippi orationem refert: τὸν βασιλέα περὶ τὴν Ῥωμαίων φιλίαν ἐσπονδακότα, καὶ βούλο-

μενον αὐτοῖς εἶναι καὶ σύμμαχον ἀν ἀξιῶσι, θαυμάζεν ὅν κελεύοντο τὸν ἐν Ιωνίᾳ πόλεων ἀφίσιασθαι, καὶ φόρους τοὺς ἀφιέναι, καὶ τῆς Ἀσίας μὴ πολυπραγμονεῖν, καὶ Θράκην ἐὰν δεὶ τὸν προγόνων αὐτοῦ γενομένην ἄπερ οὐ τοῖς φίλοις ἀλλὰ τοῖς ἡπομένοις τοὺς κεκρατηκότας κελεύειν. Videmus igitur mirabili quodam modo Appiani verba cum Diodori congruere. Etiam genus scribendi ab utroque simili ratione compositum est, verba ipsa utriusque fere eadem, idem certe significant. Atque praecipue comparanda sunt Appiani haec: ἄπερ οὐ τοῖς φίλοις etc. cum Diodori: ταῦτα γὰρ οὐ τοῖς ἐξ Ἰσραήλ etc.¹²⁾.

Etiam ea, quae tum a senatu Antiochi legatis responsa esse dicuntur, inter Diodorum Liviumque et Appianum non discrepant, quamquam utroque illo Appianus ea multo paucioribus verbis comprehendit. Adjiciunt autem Livius Diodorusque quod Appianus omisit, Flamininum legatis respondisse. Quod quomodo intellegendum sit, iidem illi jam supra nos docent. Decem enim viri, ut cum Antiochi legatis colloquerentur, electi sunt a senatu. Quibus praeerat Flamininus cui, ut et audiret regis verba et responderet, quae populi Romani dignitas et utilitas postulare ei videretur, mandatum erat.

Legatis igitur re infecta domum reversis Hannibal deliberatione cum rege habita de optima belli contra Romanos gerendi ratione regi consilium suum aperit. Censuit enim magno ad bellum usui fore, si ipse cum aliqua regis copiarum parte in Italiam bello translato Romanos in ipsorum terra aggredieretur. Qua de re atque de causis, cur id optimum putaverit Hannibal, Appianus cum Livio in universum consentit. At Appianus inter eas causas etiam famem in Italia orituram Hannibalem enumerasse dicit, Livius Italiam ipsam commeatus et copias externo hosti praebituram; et apud hunc Hannibal praeter decem millia peditum, quae Appianus sola commemorat, centum tectas naves et mille equites, quibus bellum contra Romanos bene se gesturum promiserit, a rege postulat.

Qua Hannibal's oratione magnam in spem Antiocho adducto Poenum, cum Romani, ne literas a se missas interciperent, timuerit, ad civium suorum animos sibi reconciliandos Carthaginem misisse Aristonem Tyrum; quem magno periculo superato mandatum artificio quodam exhausisse ambo narrant; et unum hoc Appianus adjecit Aristonem faisse mercatorem.

Deinde vero Romani ipsi ad Antiochum iterum legatos in Asiam miserunt, qui et regis consilia explorarent et ejus apparatus belli inspicerent. Qui legati Antiochum bello contra Pisidas occupatum esse audientes Ephesi substiterunt ibique, ut crebro cum Hannibale versante etiamtum in ea urbe convenienter, operam dederunt, id agitantes, ut Hannibalem iis colloquiis regi suspectum redderent. Quod prospere iis cessit. Nam ex illo tempore Antiochus, quo erat vario et mutabili ingenio, magnopere Poeno diffidebat¹³⁾. Qua de re Polybius III 11 haec dicit: 'Ρωμαῖοι ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον, βουλόμενον μὴ λανθάνειν σφᾶς τὴν τοῦ βασιλέως προσάρτεσιν, οἵ δὲ πρεσβεῖς ὁρώντες τὸν Ἀντίοχον προσέχοντα τοῖς Λίτωλοῖς καὶ πρόθυμον ὅντα πολεμεῖν 'Ρωμαίους ἐθεραπεύεντο τὸν Ἀρνίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβαλεῖν πρὸς τὸν Ἀντίοχον. ὁ καὶ συνέβη γενέσθαι προβαίνοντος γὰρ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ βασιλέως ὑπόπτιως ἔχοντες ἀεὶ μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀρνίβαν — et Appianus: 'Ρωμαίων δὲ πρεσβεῖς ἔτεροι τε καὶ Σκιτίων ὁ Καρχηδονίους ἀφελόμενος τὴν ἡγεμονίαν, ἐς δύοιαν πεμφθέντες Ἀντίοχον τῆς τε γνώμης ἀπόπειραν καὶ τῆς

¹²⁾ Livius: „eos neque dicere neque accipere leges: id enim victoris et victi esse“.

¹³⁾ Livius popularium studio ductus, ut invidiam rei infirmaret, non id actum esse a legatis, sed ultro secutum dicit XXXV 14.

παρασκευῆς κατάσκεψιν, ἐπεὶ τὸν βασιλέα εὑρον οἰχόμενον ἐς Πισίδας, ἐν Ἐφέσῳ περιέμενον, ἔνθα συγήσσαν θαμνὰ ἐς λόγον τῷ Ἀρνίβᾳ — ἔπρασσον δὲ ταῦθ', ὑποπιον ἐργαζόμενοι γενέσθαι τῷ βασιλεῖ τὸν Ἀρνίβαν ἐκ τῆς συνεχοῦς σφῶν ὅμιλίας τε καὶ συνέδον. ὁ δὲ βασιλεὺς πιθόμενος ὑπώπτευσε, καὶ ἀμβλύτερος ἦν τὸ ἀπὸ τοῦδε πιστεύειν τῷ Ἀρνίβᾳ.

Quod igitur accuratius Appianus disputat quam Polybius, qui nec contra Pisidas Antiochum esse prefectum nec jam pridem Hannibalis laudi eum invidisse commemorat, eo factum est, quod Polybius hoc loco non tam legationem illam respicit, quam ea quae Hannibal postea sui purgandi causa apud regem dixerit, sibi nunquam cum Romanis amicitiam futuram, quorum se acerbissimum hostem fore puerum jam novem annorum patri jurasse Hamilcari¹⁴⁾). Qua narratiacula Polybius demonstrare vult belli alterius Punici non tam Hannibalem fuisse auctorem quam ejus patrem.

Qui deinde apud Appianum sequitur sermo Scipionis cum Hannibale de optimo imperatore, eundem vel similem apud Livium legimus. Et uterque de ea re quasi rumore prolata loquitur, quam Livius a Claudio, secuto Graecos Acilianos libros, repetisse se profitetur. Fortasse etiam Polybius eodem auctore usus est.

Jam vero Appianus, quod quamquam ad rem nihil pertinet, ipsius probitatis argumentum est, Scipionis animi magnitudinem cum Flaminini humilitate comparat. Quia in re semel atque iterum sibimet ipsi repugnasse Appianum contenditur¹⁵⁾). Initio enim hujus loci legatos Romanos improbitatis coarguit, deinde Scipionis, qui idem in illis legatis erat, animi magnitudinem laudibus tollit, itemque supra dixit legatos eo liberius cum Hannibale collocutos esse, quod nondum aperte bellum cum Antiocho ortum esset, atque paulo infra Scipionem Hannibali hospitium ea causa denegantem facit, quod Romani cum Antiocho in tanta simultate essent. Quam equidem discrepantiam non video. Nam eo ipso, quod Scipionis liberalitatem Appianus collaudat, participem eum fuisse certorum legatorum improbitatis negat. Huc accedit, quod quem Appianus nominatim non commemorat, Villium, legatorum ducem, illud, quamquam invitum, effecisse, ut Hannibal regi inde suspectior fieret, Livius distinete testatur¹⁶⁾). Jam vero quod, quominus domi ejus Hannibalem viseret, Scipio recusavit et Romanorum cum Antiocho simultatem, quam Villius quidem celabat, Hannibali libere exposuit, ad eandem Scipionis probitatem spectare mihi videtur. Qua enim re magis, si idem quod Villius egisset, Scipio Hannibalem suspectum Antiocho reddidisset, quam hospitio cum illo aperte facto? quo ne ipse in popularium suorum invidiam incideret Scipionem timuisse nemo putaverit.

At illo loco, quem modo proposui, Polybius jam ante hanc legationem Romanorum Aetolos Antiochum ad bellum contra Romanos commovere conatos esse dicit, cuius rei postea demum Appianus mentionem facit; qui videlicet prioribus Aetolorum legationibus, quae minus apud regem effecerunt, omissis hanc unam, quae maximam ad regis consilia vim habuit, commemorat. Aetolos autem primos et veros belli Syriaci auctores fuisse affirmat Polybius III 3. et 7., ubi quid intersit inter causam et initium alicujus

¹⁴⁾ Eandem narrationem Appianus duobus his locis profert: Iber. 9. et Hann. 3.

¹⁵⁾ Nissen: Kritische Untersuchungen über die Quellen des Livius.

¹⁶⁾ Liv. cap. 14: „Villius — dedit operam ut cum Hannibale, qui tum ibi forte erat, saepe congrederetur, ut animum ejus temptaret, et si qua posset, metum demeret periculi quicquam ei ab Romanis esse, illis colloquiis aliud actum quidem nihil est: secutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea regi Hannibal et suspectior ad omnia fieret.“ Et cap. 11: „Hannibal non adhibitus est in consilium, propter colloquia cum Villio suspectus regi et in nullo postea honore habitus“.

belli, exponit. Nam ipsos Aetolos vehementissime Romanis iratos, quos bello Macedonico composito meritum sibi praemium non persolvisse putarent, Antiocho, ut bellum contra Romanos inciperet, persuasisse. Quibuscum ea, quae Appianus tradit, plane consentiunt. Antiochus enim, quamquam multae jam inter eum et Romanos controversiae ortae erant, etiamtum, quid sibi faciendum esset, fluctuabat. Et tum demum, cum Aetoli eos quos Appianus dicit legatos miserunt, qui ducem eum Aetolorum renuntiarent atque fidem ei facerent Lacedaemonios et Philippum regem secum foedera icturos, bellum Romanis inferre constituit atque statim in Graeciam trajecit.

Thoantis vero, quem legatorum principem fuisse Appianus dicit, praeter Livium Polybius quoque XXII 26. mentionem facit. Pugna enim ad Magnesiam facta Romani ab Antiocho, ut praeter alios Aetolos, qui domi negotiis publicis functi apud regem profugi versabantur, Thoas traderetur, postulabant. Illum enim virum propterea exposcebant Romani, quod et alias vir nobilis cives suos et princeps legatorum vel maxime omnium Antiochum ad bellum gerundum incitaverat.

Decem vero millia hominum Antiochum ex Asia in Graeciam secum traduxisse Appianus affirmit; quem eundem numerum a Polybio proferri Livius XXXVI 19. dicit.

Primam autem hanc rem ab Antiocho in Romanos gestam esse Appianus narrat: dux quidam regis ad Delium, qui locus Apollini consecratus erat, milites Romanos necopinantes per dolum aggressus partim eorum trucidavit, partim vivos cepit. Qua de re praeter Livii testimonium hoc Diodori adhuc fragmentum exstat in I. XXIX: *τὸ Αγέλιον ἵερὸν ἦν οὐ μακρὰν ἀπέχον τῆς Χαλκίδος, διόπερ ὁ βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐβλασφημεῖτο, τὴν δόχην τοῦ πρὸς Ρωμαίους πολέμου πεποιημένος ἐξ ἀσεβείας.* At errans Appianus eo loco pro Menippo Micythionem quem Chalcidensem partium Romanarum fuisse Livius docet XXXV 51., ducem illum Antiochi dicit.

Quae deinde Appianus de Alexandro Megalopolitano ejusque tribus liberis narrat, quorum unam nomine Apamiam Amynander, Athamanum rex, uxorem duxerit, eadem apud Livium XXXV 47. legimus.

Jam vero cap. 13. Appianus Antiochum Thebas prefectum oratione habita Thebanos sibi socios adjunxisse narrat. Quam eandem ad rem pertinentia haec Polybii ad nos verba pervenerunt: *Ἀντίόχου προεβέσσαντος πρὸς Βοιωτούς οἱ Βοιωτοὶ ἀπεκρίθησαν τοῖς προεβενταῖς, διόπι παραγενομένον τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτοῖς, τούτοις βούλευσονται περὶ τῶν παρακαλομένων.* Quod ex his intellegitur, ab Antiocho, priusquam Thebas venerit, legatos eo missos esse Boeotosque postulasse, ut rex ipse ad se proficeretur, Appianus omisit. Regem autem re vera Thebanorum voluntati obsecutum in Boeotiam esse prefectum Polybius quoque dicit XX 7.: *καὶ χάρι τοῦ βασιλέως συνεγγίζοντες ἐξῆσαν ἐπὶ τὴν ἀπάντησιν οἱ τῶν Βοιωτῶν ἄρχαντες ανυμίξαντες δὲ καὶ φιλανθρώπως διμιλήσαντες ἦγον αὐτὸν εἰς τὰς Θήβας.* Etsi ea, quae sequebantur, ad nos non pervenerunt, ut re vera Boeotos cum Antiocho societatem iniisse in ejus libris commemoratum non jam reperiamus, tamen id factum esse ex ipsis his verbis, Thebanorum magistratus ob viam regi venisse eumque comiter salutatum in urbem suam prosecutos esse, appetat et Livius XXXV 50 illud tradidit.

Atque cap. 14. Appianus, quam consilio principum convocato Hannibal, sententiam interrogatus, belli gerendi rationem descripsit, minus accurate quam Livius exponit, sed eodem Polybio usus auctore, quod haec utriusque verba, quae maxime inter se consentientia propono, manifestissime demonstrant. Apud Appianum enim haec legimus:

χρὴ τὸ μὲν ἡμισυ τῶν νεῶν τὰ παφάλια τῆς Ἰταλίας πορθεῖν, τὸ δὲ ἡμισυ ναυλοχεῖν ἐφεδρεῦν ἐσ τὰ συμφερόμενα. Livius XXXVI 7: „divisam classem partim Coreyrae in statione habebis, ne transitus Romanis liber ac tutus pateat, partim ad litus Italiae, quod Sardiniam Africamque spectat, trajicies“. — Appianus: αὐτὸν δὲ σὲ τῷ πεζῷ πανὶ προκαθήμενον τῆς Ἑλλάδος, ἀγχοῦ τῆς Ἰταλίας, δόξαν ἐμποιεῖν ἐσβολῆς, καὶ εἰ δύναιο ποτε, καὶ ἐσβαλεῖν. Liv.: „ipse cum omnibus terrestribus copiis in Bullinum agrum procedes: inde Graeciae praesidebis, et speciem Romanis trajecturum te praebens, et si res poposcerit, trajecturus.“ — App. τὸν σὸν νιὸν αὐτῷ (Φιλίππῳ) Σέλενουν ἐπιπέμπτεν διὰ Θράκης, ἵνα καὶ ὅδε περιστόμενος οἰκείοις κακοῖς μηδὲν γῇ τοῖς πολεμίοις χοήσιμος. Liv.: „Seleucus filius tuus Lysimachiae est; qui si eo exercitu, quem secum habet, per Thraciam proxima Macedoniae cooperit depopulari, facile ab auxilio ferendo Romanis Philippum ad sua potissimum tuenda avertet.“

Cui Hannibalis consilio, quamvis optimum ex copia rerum omnes intellegerent, rex, sive Poeni ductus invidia sive animi innata quadam levitate, non est obsecutus. Nam haec Appianus adjicit: τοσάδε μὲν ὁ Ἀντίβας εἶπε, καὶ ἦν ἀριστα πάντων — οἱ δὲ ἄλλοι καὶ αὐτὸς οὐχ ἥσσον ὁ βασιλεὺς — μεθῆκαν ἀπαντα, πλὴν ὅτι Πολυξενίδας ἐπὶ τὴν στρατιὰν ἐσ τὴν Ασίαν ἐπέμψθη. Liv.: „Haec ferme Hannibalis oratio fuit, quam laudarunt magis in praesentia qui aderant, quam rebus ipsis executi sunt: nihil enim eorum factum est, nisi quod ad classem copiasque arcessendas ex Asia Polyxenidam misit.“

Thebanis igitur ad societatem adductis Antiochus in Thessalam cum omni exercitu profectus est, ibique ad Cynocephalas corpora Macedonum calamitate illa a Romanis accepta caesorum adhuc insepulta sepeliri jussit, quo Macedonum et sibi animos reconciliaret et a Philippo averteret. Qua re iratus Philippus, haud jam dubitans, quid faceret, in Romanorum partes se contulit. Atque Baebius, dux Romanorum, hac societate erectus contra Antiochum, qui Larissam obsidebat, Appium Claudium misit; qui dolo quodam paucitatem hominum, quam secum habebat, in magni exercitus speciem convertens, Antiochum perterritum ab urbis obsidione repulsabit. Quas res Livius cap. 8. et 11., Appianus cap. 16. tradit.

Ex Thessalia autem reversus Chalcide Antiochus hiemem transegit. Qua in urbe cum pulchra quadam virgine, cuius amore captus erat, nuptias fecit et totam hiemem in conviviis aliquis voluptatibus traduxit. Quod Appianus cap. 16., Livius cap. 11., Diodorus XXIX 2. narrant. Atque eadem de re Polybii quoque fragmentum Athenaeus servavit, ex quo etiam nomen illius virginis „Euboeam“ comperimus idem, quod Appianus cap. 20. edit.

Quae autem cap. 17 Appianus de Romanorum belli apparatibus, de numero milium, Acilio Glabrone duce missorum, de Philippo Megalopolitano et tribus millibus Syrorum captis narrat, ea ad verba respondent iis, quae apud Livium cap. 14. leguntur. Amynandrum a Philippo fugatum ab Ambraciensis receptum esse praeter Appianum Liviumque Polybius quoque XXII 12. dicit.

Post has vero calamitates optime sibi suassisce Hannibalem Antiochus intellexit. App.: καὶ τῆς εὐθυνλίας Ἀντίβου τότε γέθετο, Diodorus cap. 3: τὸν δὲ Ἀντίβαν τὴν ἐρατίαν γνώμην ἐσχηκότα ἐθαύμαζε¹⁷⁾.

¹⁷⁾ Liv. cap. 15: „Hannibalem vero non ut prudentem tantum virum, sed prope vatem omnium, quae tum evenirent, admirari.“

Appiani deinde pugnae ad Thermopylas factae descriptionem, quam cap. 18—19. legimus, praeter leviter quaedam errata multo magis perspicuam, quam in universum similem quidem Livii cap. 18—19., ab aliis jam notatum est.

Quod ad numerum eorum attinet, qui in pugna illa occiderant, haec Appianus cap. 20 tradit: ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ τῇ διόξει Ρωμαίον μὲν ἀμφὶ τὸν διακοσίους, Ἀντιόχου δὲ σὺν τοῖς ληφθεῖσιν, ἀμφὶ μυρίους, αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς ἀπὸ μὲν τῆς πρώτης τροπῆς μετὰ πεντακοσίων ἵππεων ἐς Ἐλατείαν ἀμεταστρεψτὶ διέδραμεν, ἀπὸ δὲ Ἐλατείας ἐς Χαλκίδα καὶ ἐς Ἐφεσον etc. Atque Livius Polybio auctore, ut ipse profitetur, eundem militum occisorum numerum affert. Nam haec dicit cap. 19: „nec praeter quingentos, qui circa regem fuerunt, ex toto exercitu quisquam effugit, etiam ex decem millibus militum, quos Polybio auctore trajecisse secum regem in Graeciam scripsimus, exiguis numerus. — Romanorum centum quinquaginta in ipso certamine pugnae, ab incursu Aetolorum se tuentes non plus quinquaginta“. Romanorum igitur omnino ducentos esse trucidatos idem Livius, teste videlicet Polybio, tradit; idemque etiam hac in re cum Appiano consentit, ut regem primo quidem Elatiam fugisse dicat, ab hac urbe Chalcidem et Ephesi demum substitisse, atque navium, quas in Europam rex secum transportaverat, nonnullas magnis oneratas commeatibus a Romanorum classi praefecto, quem Livius Aulum Atilium nominat, captas esse.

In eodem autem capite Appianus Philippo, Macedonum regi, auxilii Romanis praebiti gratia Demetrium filium, quem obsidem Romanis pater dederat, remissum esse narrat: Φίλιππόν τε τῆς συμμαχίας ἀμειβόμενοι, τὸν νιὸν αὐτῷ — Αημήτιον, δύμηρενοιτα ἔπι παρὰ σφίσιν, ἐπεμψαν. Quod idem Polybius XX 3. tradit: τὸν μὲν νιὸν Αημήτιον ἀπέλυσε (ἢ σύγκλιτος) τῆς δύμηρίας παραχρῆμα, δύοις δὲ καὶ τῷ φόρῳ ἐπηγγείλατο παράλυσιν, διαφυλάξατος αὐτοῦ τὴν πόσιν ἐν τοῖς ἐνεστῶσι καιροῖς. Pecuniae autem Romanis debitae postea re vera gratiam a Scipione factam esse Appianus cap. 23. affirmat.

Quae deinde cap. 21. Appianus de M. Acili Glabronis expeditione in Aetolos narrat, eadem multo sane accuratius exposita apud Livium quoque reperimus; maxime autem haec utriusque de Democrito capto verba comparanda sunt, Appiani: Λαμόχωτόν τε τὸν σφατηγὸν τὸν Αἰτωλῶν ἐνταῦθα ὁ Μάνιος ἔλαβε χωντόμενον, ὃς Φλαμινίνῳ παρὰ τὸν Τίθεριν ἤπειλει σφατοπεδεύειν — et Livii: „traditus inter ceteros princeps Aetolorum Damocritus est, qui principio belli decretum Aetolorum, quo arcessendum Antiochum censuerant, T. Quinetio poscenti responderat in Italia daturum, cum castra ibi Aetoli posuissent“.

Coracis vero montis, quem Acilium cum exercitu transgressum esse Livius Appianusque tradunt, hoc a Stephano Byzantio ex Polybii libris excerpto mentio fit: Κόραξ ὄφος μεταξὸν Καλλιπόλεως καὶ Ναυπάκτιον. (Πολύβιος εἰκοστῷ.)

De numero autem navium Romanorum et pugna navalii inter Livium Salinatorem et Polyxenidam, regis classiarium, commissa, cuius initium accuratius Appianus cap. 22. describit, hic quibusdam locis cum Livio paene ad verba congruit, ut Polybium utriusque auctorem fuisse manifestissime appareat. Sic apud Appianum haec legimus: Λίσιος δὲ ἐπὶ οὐας τρεῖς ἐφέρετο πρωτιος ὑπὲρ ὄγης τῇ σφατηγίδι νηὶ, πολὺ προύχων τοῦ στόλου, et apud Livium: „Livius indignatione accensus praetoria nave in hostes tendit“.

Quo magis est illud mirandum, quod Appianus Polyxenidam classem duxisse ducentarum, Livius autem centum navium dicit. Quod erravisse Appianum concedimus,

nisi forte numerus depravatus est. Suo autem hic jure Rhodiorum classem ex viginti septem navibus constituisse dicit. Eundem enim numerum etiam cap. 24. profert, quo septem naves Rhodiorum servatas, reliquas viginti a Polyxenida captas esse narrat. Jam vero Livius XXXVII 11 quinque Rhodias naves et duas Coas effugisse dicit. Qua ex re apparere mihi videtur jam supra Appianum duas Coas naves classi Rhodiorum annumerasse. Quod vero Appianus a Livio abhorrens duas illa pugna navalii punicas naves a Syris captas esse narrat et Syrorum inde naves manus ferreas in Romanorum navem praetoriam conjectisse, Appiano magis credendum esse puto, quam Livio, qui alias quoque virtutem Romanorum in majus extollit. Quod hoc quidem loco etiam gravius mihi probat gloriose illud dictum, quo Romanorum virtutem piae Syrorum celebrat: „haud paulo facilius quam ante duae unam, tunc una duas naves expugnavit cepitque“. Huc accedit altera vel major causa, cur duas naves Romanorum captas esse putem. Nam XXXVII 12. praefectum Romanum classi suae duas triremes Mytilenaeas adjunxisse Livius affirmit, totidem, ut mihi videtur, quot amiserat, ut priorem numerum expleret. Jam vero Appianus cap. 22. et Livius XXXVI 42. classem Romanam ex una et octoginta navibus compositam esse dicunt; quo numero uterque duas naves Coas nondum comprehendisse mihi videtur, quod eae haud scioan postea demum classi se adjunixerant Romanae. Quas si adjecimus ipsas octoginta tres naves colligimus, quas Romanos in pugna navalii ad Myonnesum habuisse Appianus contendit.

L. deinde Cornelius Scipio, Acilii successor, fratre Publio suadente, ut bello in Aetolos intermisso contra Autiochum ipsum in Asiam proficisceretur, Aetolis ultiro petentibus, ut legatos de pace concilianda ad senatum mitterent, permisit, idemque Prusiam, Bithynorum regem literis missis ad Romanorum adduxit societatem. Quae Appianus cap. 23. et Polybius cap. 2., 3., 9. narrant maxime utriusque consentientibus verbis.

Calamitatem vero classis Rhodiorum Appianus cap. 24. eodem modo describit, quo Livius XXXVII 10. et 11.; quorum haec sola ad rem demonstrandam verba propnere satis fuerit, Appiani: *καὶ τῶν νεὸν ἐπτὰ μέν, αἱ τὸ πῦρ ἔφεγον, οὐδενὸς αὐταῖς διὰ τὴν φλόγα προσιόντος ἔφενγον*, et Livii: „quinque tantum Rhodiae naves cum duabus Cois effugerunt, terrore flammæ micantis via sibi inter confertas naves facta“. Atque hac una in re Appianus Livio repugnat, quod quem hic praefectum Rhodiorum Pausistratum dicit, eundem Appianus Pausimachum nominat. Polybii autem Suidas nobis tradidit fragmentum, quo quomodo Pausistratus sive Pausimachus — quid enim rectius sit, dubium puto — naves ad incendium præparaverit, describitur.

Cap. 25. hac una in re Appianum Livio obloqui video. Dicit Nicandrum magnam Romanis prædae partem eripuisse, quam rem ab Andronico Macedone gestam esse Livius testatur.

At cap. 26. Appianus res a Diophane Megalopolitano ad Pergamum urbem a Syris obsessam prospere et fortiter gestas narrat et easdem Livius cap. 20. De numero autem militum, quibus Diophanes præerat, hoc Polybius dicit XXI 7: *ἔξαπεστειλαν Αχαιοί πεζοὺς μὲν χιλίους, ἵππεῖς δὲ ἔκατον, ὃν ἤγειτο Διοσάνης ὁ Μεγαλοπολίτης*, et Appianus: *ῆχον δὲ καὶ παρὰ τῶν Αχαιῶν Εὐμενεῖ σύμμαχοι χίλιοι πεζοὶ καὶ ἵππεῖς, ἔκατὸν ἐπίλεκτοι, ὃν Διοσάνης ὁ στρατηγός*.

Deinde cap. 27. Appianus de navalii pugna ad Myonnesum agit; atque omnem numerum navium Romanorum fuisse octoginta trium dicit, ex quibus Rhodiorum viginti

quinque, Syrorum autem nonaginta naves pugnasse. Cui repugnat Livius cap. 30., qui Romanos classem octoginta navium habuisse affirmat, ex iis Rhodiorum fuisse duas et viginti, a Syris denique in aciem undenonaginta productas esse. Qua de re Livio magis quam Appiano credendum esse Nissenius (p. 191) censet. At mihi contra ea videtur, his de causis: Ex calamitate illa a Polyxenida accepta, quam Livius cap. 10. et 11. descriptis, quinque naves Rhodiae effugerunt (praeter duas Coas). Ad classem aut reficiendam a Rhodiis primum quidem decem naves, mox alias decem missas esse idem cap. 12. dicit, quod Appianus quoque cap. 25. testatur. Itaque ex Livii ipsis supra dictis Rhodiorum naves quinque et viginti ideoque Romanorum omnes octoginta tres colligere licet. Nam alias postea naves ab hostibus captas esse nec Livius nec Appianus commemorat. Ad falsos autem numeros delapsus esse videtur Livius transversa hac computatione. Numeri enim prioris unius et octoginta navium memor, unam illam, quam falso sane in prima pugna a Syris captam esse dicit — erant enim duae — ab omni numero deducit, et sua sponte a Polybio abhorrens temereque sibi ipsi repugnans Rhodiorum classem tribus navibus minorem esse voluit, cum non respiciens duas illas naves Coas, nec duas Mytilenaeas tiremes, quas ipse Livium omni classi adjecisse affirmat, nullo modo summam octoginta trium navium confidere posset.

Quod denique ad numerum navium Syrorum attinet, Livius cap. 11. Polyxenidam, septuaginta naves habuisse tectas, in pugna autem illa contra Pausimachum commissa viginti eum cepisse Appianus dicit; quod Livius ipse plane confirmare videtur, cum Rhodios totidem novas misisse tradat. Quas viginti captas si suae classi, quod verisimile est, Polyxenidas adjecit, eum omnino nonaginta habuisse appetet¹⁸⁾.

Quae cum ita sint, etiam navium a Romanis captarum numerum recte ab Appiano editum esse existimo. Nam Livius ad Romanorum virtutem augendam undetriginta navibus, quas omnino perdidisse Syros et tredecim, quas in his captas esse a Romanis Appianus, Polybio nimirum auctore, dicit, computatis ad duas et quadraginta hostium amissas naves pervenit. Ceterum pugnae navalis descriptio apud Livium Appianumque parvis quibusdam differentiis simillima, utrumque ejusdem Polybii libros secutum esse demonstrat. Nomen autem Rhodiarum navium praefecti, quem Appianus Eudorum, Polybius Eudemum, Livius Eudamum nominat, in Appiani libris depravatum esse a librariis jam Schweighauserus suspicatus est.

Quam deinde male ipse sibi consuluerit Antiochus ea clade accepta Appianus cap. 28., Livius cap. 31., Diodorus XXIX 5. consentientes inter se exponunt.

Nuntio autem allato exercitum Romanum in Asiam trajecisse Antiochus Heracliden Byzantium ad Scipiones misit pacem reconciliaturum. Atque tres fuere condiciones, quas legatus ille regius Scipionibus offerret. Primam hanc dicit Polybius XXI 10: ὅτι παραχωρεῖ τῆς τε τῶν Λαμψακηνῶν καὶ Σμυρναίων, ἔπι δὲ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως, ἐξ ὧν ὁ πόλεμος ἔλαβε τὰς ἀρχάς, et Appianus cap. 29: Σμύρναν τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν αὐτοῖς διδοὺς τὴν ἐπὶ Γρανίκῳ καὶ Λάμψακον, δι' ἣς ἡρξεν αὐτοῖς ὁ πόλεμος.

Alteram vero hanc fuisse Polybius testatur: ὅμοιως δὲ καὶ τινας ἐτέρας ὑφαιρεῖσθαι βούλωνται τῶν κατὰ τὴν Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, ὅσαι τάκεινων ἥργηνται κατὰ τὸν ἐνεστῶν πόλεμον, et Appianus: ἐνετέλλετο δέ, εἰ δέοι, καὶ τῶν Τάδων πόλεων δοῦναι καὶ τῶν Αἰολίδων ὅσαι τὰ Ῥωμαίων ἐν τῷ ἀγώνι εἴλοντο.

¹⁸⁾ Eumenes cum classe sua domum dimissus (Liv. cap. 22.) huic pugnae non interfuit.

Tertiam denique ita Polybius exponit: πρὸς δὲ τούτους ὅτι τὴν ἡμίσειαν δώσει τῆς γεγενημένης σφίσι δαπάνης εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν διαφοράν, et Appianus: καὶ τὸ ἡμισυ τῆς δαπάνης τοῦδε τοῦ πολέμου.

Atque Polybius haec adjicit: ταῦτα μὲν οὖν ὁ πειρόμενος εἶχε τὰς ἐντολὰς πρὸς τὴν καὶ κοινὸν ἔντευξιν, ἵδια δὲ πρὸς τὸν Πόπλιον ἔτερας. Quibuscum maxime contentiunt haec ab Appiano dicta: ταῦτα μὲν εἶχεν ἐς τὸ φανερὸν λέγειν ὁ Ἡρακλεῖδης, ἵδια δὲ πρὸς Πούπλιον Σκυτίωνα ἔφερε ε. q. s.

Ac privatim Scipioni filium, quem ceperat, sine pretio se remissurum et magnam vim auri supra daturum promisisse regem Polybius cap. 12. dicit atque idem Appianus, qui hunc Scipionis filium a rege captum postea Carthaginem diruisse adjiciens vehementer errat.

Ad eas autem condiciones publice oblatis Romanorum duces responderunt, si pacem rex habere vellet, omnem, quae in eo bello facta esset, impensam praestaret et tota cis Taurum Asia cederet. Et privatim P. Scipio Heraclidae, si antequam exercitus Romanus in Asiam trajecisset, rex illas condiciones proposuisset, Romanos eas accepturos fuisse dixit, nunc esse respuendas. Ceterum magnam se gratiam regi habiturum, si quod de filio remittendo promitteret, praestitisset. Quibus omnibus de rebus mirabili quodam modo Appianus Polybio se applicavit; atque etiam eodem, quo Polybius, Scipionem hoc usum esse quasi proverbio tradidit: καὶ τὸν χαλινὸν ἐνθέντας καὶ ἐπὶ τῷ χαλινῷ τὸν ἕπτον ἀνάβαντας — Polyb: προδεξάμενος οὐ μόνον τὸν χαλινὸν ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην¹⁹⁾.

Sed Antiochus condicionibus illis Romanorum ut gravioribus repudiatis bellum persequi constituit. Nam ita secum reputasse eum Polybius dicit: Ἀντίοχος δὲ νομίσας οὐδὲν ἄν βαρύτερον αὐτῷ γενέσθαι πρόσταγμα τὸν γνῶν ἐπιταπομένων, εἰ λειρθείη μαχόμενος, τῆς μὲν περὶ τὰς διαλύσεις ἀσχολίας ἀπέστη, et Appianus cap. 30: ὁ δὲ Ἀντίοχος οἴηθεὶς τῶνδε τῶν ἐπιταγμάτων πλέον οὐδὲν αὐτοῦ τὸν πόλεμον ἀφαιρήσεσθαι etc.

De pugna autem ad Magnesiam facta nihil jam dictum in Polybii libris reperimus. Quo in proelio describendo Livium Appianumque Polybium esse secutos ratio ipsa narrandi, utriusque consimilis et magna ex parte fere eadem ostendit. Quod quo facilius intellegatur, haec singula comparare sufficit. De Romanorum enim elephantis haec dicit Appianus: τῶν δὲ ἐλεφάντων, οὓς εἶχεν ἐκ Αιβύης, οὐδένα νομίζων ἔσεσθαι χρήσιμον, ὀλυγωτέρων τε ὄντων καὶ βραχυτέρων οὐαὶ Αιβύων (δεδίστι δὲ οἱ συκότεροι τοὺς μείζονας), ἔστησεν ὅπισσον πάντας, et Livius cap. 29: „sedecim elephantes post triarios in subsidio locaverunt. Nam praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt, sive quia magnitudine — longe enim illi praestant — sive robore animorum vincuntur.“

Phalangis autem Syrorum, quae Macedonica dicebatur, his verbis Appianus mentionem facit cap. 32: τούτων τὸ ϕάλαγξ ἡνὶ φάλαγξ ἡ Μακεδόνων, ἄνδρες ἔξαυσχίλοι καὶ μίγοι, ἐς τὸν Ἀλεξανδρον καὶ Φιλίππον τρόπον ἐπι κοσμούμενοι ἵστη δὲ αὐτοὺς ἐν μέσῳ, διελὼν ἀνὰ χιλίονς καὶ ἔξακοσίονς ἐς δέκα μέρη, et Livius cap. 40: „decem et sex milia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur. Haec media acies fuit, in fronte in decem partes divisa, — hoc roboris in regiis copiis erat.“

¹⁹⁾ Liv. cap. 36: „et non solum frenis sed etiam jugo accepto“.

At quae intersunt inter Livii dicta et Appiani de acie Syrorum maximeque Romanorum, de pugnae ipsius successu, de Minnione, quem Appianus Mendim appellat, et pauca quaedam leviaque de numero pugnantium et occisorum fortasse secuta sunt ea ex re, quod Livius praeter Polybii etiam aliorum et Romanorum libris usus est; quod idem fecisse Appianum nullo modo probari possit.

Condiciones denique pacis, quam Romani post illam Antiochi cladem cum rege fecerunt, paucis absolvere licet, praesertim cum a Nissenio (p. 207—9) jam optime de iis disputatum sit. Nam nihil omnino nisi in hoc uno, quod Romanos Antiochum omnes praeter duodecim, Polybius autem decem, navibus tradere jussisse dicit, Appianus in illis condicionibus exponendis a Polybii auctoritate discedit.

B. Fahland.

Schulnachrichten.

I. Verfügungen des Königl. Provinzial-Schulcollegiums.

- 1871. 24. August: Se. Excellenz der Herr Minister gestattet eine freiere Verwendung der beiden für den naturgeschichtlichen Unterricht in Tertia angeordneten Stunden, wenn dieser naturgeschichtliche Unterricht momentan nicht erteilt werden kann.
- 4. October: Die Anträge wegen Aufnahme in die Wittwenkasse müssen im März oder September eingereicht werden.
- 10. November: Bei der Aufnahme von Schülern ist ein Impfschein zu fordern.
- 7. November: Reglement, betreffend die die Berechtigung zur Fähnrichs-Prüfung Nachsuchenden.

II. Lehrmittel.

Durch das Königl. Schulcollegium wird für die Bibliothek Lagarde Genesis graece mit Anmerkungen zur griechischen Uebersetzung der Proverbien übersandt.

Von dem Herrn Verfasser empfing die Bibliothek: Von Reibnitz Worte eines Psychologen.

Von den Söhnen des verstorbenen Generalsuperintendenten Ribbeck die als Manuscript gedruckten Erinnerungen an ihren Vater.

Für diese Geschenke spreche ich hierdurch ehrerbietigsten Dank aus.